



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 25. Hispanii ceterorum sententiæ accedere a Lunensi Comite persuasi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

## §. XXV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

*Hispani ceterorum sententiae accedere*  
*a Lunensi Comite persuasi.*

Ceterum Moronus, quamvis de pro- *Pallav. c. II.*  
 spero sessionis successu certus esset, *n. 7*  
 iniquo tamen ferebat animo, quod Na- *Sarp. p. 711.*  
 tio tam numero, quam doctrina, & pie-  
 tate tantopere celebris a reliquorum  
 sententia differret, idcirco Comitem  
 Lunensem rogavit, ut sua auctoritate, ac  
 dexteritate suæ Nationis Præfules ad  
 concordiam cum ceteris, communem-  
 que consensum permoveret. Nec irri-  
 ta fuit hujus Legati opera; quippe  
 Comes cum tanto fervore hoc negotium  
 urgebat, ut Præfules vespere in Comi-  
 tis Palatio congregati omnibus assenti-  
 ri pollicerentur, dummodo, prout Mo-  
 ronus Præfes promisisset, Episcoporum  
 institutio juris esse divini declararetur.

## §. XXVI.

*Sessio XXII. Concilii Tridentini.*

Igitur Feria quinta die decima quinta *Pall. c. II. n. 1*  
 Julii Sessio vigesima tertia in Ecclesia *Sarp. 711.*  
 Cathedrali ad S. Vigilium celebratur, *Psalm. p. 394*  
 præsentibus Synodi Legatis Morono, *Spond. hoc*  
*ann. n. 36.*  
 Hosio, Symoneta, & Navigero, Cardi- *Viscont. lett.*  
 nalibus Lotharingio, & Madrutio, Ora- *55. p. 177.*  
 toribus tribus Imperatoris, duobus Re-  
 gis Gallorum, Comite de Luna Orato-

re